GREGO. in ho. In quorũdã etenĩ corda venit ꝛ mãsionẽ nõ facit:qꝛ p cõpunctionẽ gdẽ respectũ dei pcipiũt:sz tẽtationis tpe hoc ipsuz qõ cõpuncti fuerãt obliuiscunt. sicq; ad ppetrãda pctã redeũt:ac si hec minime plãxissent. Qui ergo deũ ꝛ diligit in ei⁹ corde dñs ꝛ venit ꝛ mãsionẽ facit: qꝛ sic eũ diuinitatis amoꝛ penetrat:vt ab hoc amore tentationis tpe nõ recedat. Ille.n. ꝛ amat cui⁹ mẽtẽ delectatio prava ex ꝛsensu nõ supat. AVGV. An forte putabit mãsionẽ in doctore suo faciẽtib⁹ pr̃e ꝛ filio exclusus eẽ ab hac mãsione spũssc̃us? Quid est ergo qõ supi⁹ ait de spũssc̃o apõ vos manebit ꝛ in vobis erit:nisi forte q̃q; sic absurdus est vt arbitret cũ pr̃ ꝛ filius venerit discessurũ inde spiritum sanctuz tanꝫ locũ daturũ maioribus? Sed ꝛ huic carnali cogitationi occurrit scriptura cũ dicit: Ut maneat vobiscũ in eternũ. In eadez ergo mãsione cũ ipsis erit in eternũ: qꝛ nec ille sine ipsis venit: nec illi sine eo:sed ꝓpter ĩsinuationem trinitatis:psonis singulis noiatis dicunt q̃dã:nõ tamẽ alus separatis itelliguntur:ꝓpter eiusdẽ trinitatis substãtiã.

GREGO. in ho. Tãto aũt q̃q; a supno amore disiungit quãto iferi⁹ delectat:vñ subdit:Qui nõ dili. me ser. meos nõ seruat. De dilectiõe ergo conditoris lingua mens ꝛ vita requirat. CHRY. Uel aliter totũ: Estimauit iudas:sicut mortuos videm⁹ in somno: ita ꝛ se eũ esse visuros. vñ querit. Quid est q̃ debes te manifestare nobis ꝛ nõ mũdo. q. d. ve nobis qñ mozieris:ꝛ vt mortuus debes nobis assistere. Ne igitur hoc suspicentur. dicit: Ego ꝛ pater ad eũ veniem⁹ q. d. Sicut pater manifestat seipsuz:ita ꝛ ego:ꝛ manifestabo apud eũ facientes:qõ somnioꝝ non est. Sequit: Et ser. quẽ audi. nõ est me⁹:sed ei⁹ q mi. me. pr̃is. q. d. nõ me solũ:sed neq; patrẽ amat q hunc nõ audit sermonẽ. Dicit autem hoc:qñ nihil extra patrẽ logtur. nec ꝓpter id qõ illi vr̃. AVGV. Et fortasse ꝓpter aliquã distinctionẽ:vbi suos dixit: plurãliter sermones dixit dicens. Qui non diligit me sermones meos nõ seruat. Ubi aũt sermonẽ hoc est vbũ nõ suum esse dixit:sz pr̃is:seipsuz itelligi voluit. nõ enĩ suum sed patris. est vbũ:qũo nec sua imago sz pr̃is: nec suus filius sz patris. Recte igit auctozi tribuit qõ facit equalis a quo habet hoc ipsum q illi est idifferens equalis. CHRY. Quia vo eorũ que dixerat:quedã manifesta erãt. ꝛ quedã nõ itellexerunt:vt nõ turbarent subiungit: Nec lo. sum vo. apud vos manens. AVGV. Alia ẽ illa mãsio quã ꝓmisit futuraz: alia vo hec quã pñtẽ eẽ testat. illa spiritalis ẽ atq; itrisecus mẽtibus reddit:hec corpalis forinsecus oculis atq; auribus

adhibet. CHRY. Ut ãt eis corporalẽ recessũ facilius sustinerẽt:ꝓpat eos. pmittẽs q̃ eis recessus ignoꝝ eis esset futura cã bonoꝝ:qꝛ donec ipse apud eos corpaliter manebat:ꝛ spũs ñ venerat:nihil magnũ poterãt scire. vñ segtur. Paracl⁹ ãt spũssc̃us quẽ mit. pater i noie meo ille vos docebit oĩa:ꝛ sug. vobis oĩa q̃cunq; dixero vobis. GREGO. Greca locutiõe paclyt⁹:latina aduocat⁹ dicit consolatoꝛ. Qui in circo aduocat⁹ dicit:qꝛ pro erroꝛe defẽdãtiũ apud iustitiã patris iteruenit:dũ eos quos repleuit exoratos facit. Cõsolatoꝛ ãt idẽ spũs vocat:qꝛ de pcuratiõe meritibus dũ spẽ venie pparat:ab afflictionis tristicie mentem leuat.

CHRY. Cõtinue ãt eũ paclytum vocat pp pertinentes eos tribulatiões. DIDIMUS de spũssco. Spũs aũt scũs a patre i suo mitti noie saluatoꝛ affirmat:cui ppie nomẽ salutoris sit filij?:sig dẽ nature consortiũ. ꝛ vt ita dicã proprietas psonaꝝ ex ista voce significat:filu gppe tm̃odo eẽ noie patris venire:salua ꝓprietate filu ad patrẽ:nullus ãt alius venit in noie pr̃is:sz vbi gra:In noie dñi dei ꝛ oipotẽtis. Quõ igit serui q in noie dñi veniũt:p bociꝝ q̃ subiecti sũt ꝛ seruiunt idicant dñm:serui gppe sunt dñi: sic ꝛ filius q venit in noie patris:portat eiꝰ nomẽ p hoc q vnigenitꝰ dei filiꝰ approbat. Qꝛ ergo spũssc̃us in noie filu a patre mittit:oñdit qꝛ vnitate sit iunctus ad filiũ:vnde ꝛ filu dictus est spũs p adoptionẽ suaz:filios faciẽs eos q se recipe voluissent. Ille ãt spũssc̃us q venit in noie filu missus a patre:docebat oĩa eos q in fide christi perfecti sunt. Omnia autez illa que spiritualia sunt ꝛ intellectualia veritatis ꝛ sapientie sacramẽta. Docebit vero non sicut qui artes aliquas ꝛ sapientiam studio idustriaq; didicere:sed quasi ipsa ars atq; doctrina ꝛ sapientia:veritatis spiritus inuisibiliter mẽti infinuat sciẽtiã diuinoꝝ. GREGO. Nisi ãt idẽ spiritus cordi adsit audientis:ociosus ẽ sermo doctoris:nemo ergo docẽti homini tribuat quod ex oꝛe docentis intelligit:quia nisi ituitus sit qui docet:doctoris lingua exterius inuacuuz laborat. Sed ꝛ ipse conditoꝛ non ad eruditionem hominis loquit: si eidem homini per vnctionem spiritus non loquatur.

AVGV. Nũquid ãt dicit filius ꝛ docet spũssc̃us: vt docẽte filio verba capiam⁹? docẽte ãt spũssancto eadẽ verba intelligamus? Dis igit ꝛ dicit ꝛ docet trinitas. Sz nisi etiã sigillati commendaretur:eaz nullo modo humana capere vtcũq; posset infirmitas. GREGO. Regrendũ vo nobis est cur de eodem spiritu dicatur: Suggeret vobis oĩa: cũ suggerere soleat esse minoris:sed quia suggerere aliquã do dicimus subministrare:inuisibilis spiritus suggerere dicit:nõ q nobis sciaz ab imo iferat:sz ab occulto. AVGV. Uel q addit:Suggeret. i. cõmemorabit vos:itelligere debemus ẽt q iubemur nõ oblinisci saluberrima monita ad gram ptinere:q̃ nos cõmemorat christus. THEOPHI. Spũs itaq; sanctus ꝛ docuit ꝛ cõmemoranit:docuit quidẽ q̃cunq; nõ dixerat eis xps tanꝫ nõ valẽtib⁹ portare. Cõmemoranit vo q̃cunq; dñs dixerat:sed obscuritatis cã vel itellectus tarditate:commendare memorie nequiuerunt.

CHRY. Quia vero ꝛ hec audiẽtes turbabant excogitantes odia ꝛ plia sibi iminere posse⁹ recessum:rursus eos cõsolat dicens:Pacẽ relinquo vobis:pacez meam do vobis.

AVGV. Pacẽ nobis reliqt in hoc seculo:in qua manentes hostẽ vincim⁹:ꝛ vt ẽt hic iuicẽ diligam⁹: pacẽ suam nobis dabit in futuro seculo:q̃ sine hoste regnabim⁹: vbi nũ q̃ dissentire possum⁹. Pax autez nobis ipse est ꝛ cum credimus qꝛ est:ꝛ cum videbimus eũ sicuti est. Sed quid est q vbi dicit: Pacem relinquo vobis:non addit:meã:vbi vero ait: Do vobis:ibi dixit meã:vtrũ subaudiendũ est meam:ꝛ vbi dictum non est:an forte ꝛ hic aliquid latet: Pacem enĩ suam eam voluit intelligi qualem habet ipse. Pax vo ista quã nobis reliquit in hoc seculo:nostra potius dicenda est q̃ ipsius. Illi quippe nihil repugnat in seipso: quia nullum

habet omnino peccatum. Nos autem talem pacem nunc habemus:in qua adhuc dicamus: Dimitte nobis debita nostra. Itemq; inter nosipsos est nobis pax:qꝛ inuicem nobis credimus q̃ inuicem diligamus. Sed nec ipsa plena est:qꝛ cogitationes cordis nostri inuicem nõ videmus: Nec ignoro ista domini verba etiam sic accipi posse:vt eiusdem sententie repetitio videatur: Qꝛ vero dominus adiunxit: Nõ quo mundus dat ego do vobis. Quid est aliud:nisi nõ quo homines dant qui diligũt mũdum? qui propterea sibi dãt pacem:vt sine molestia perfruantur. Et quando iustis dãt pacem vt non eos persequantur:pax esse non potest vera: vbi non est vã cordia:qꝛ diuisum. CHRY. Pax etiaz exterioꝛ ad malũ simultoties:ꝛ eis qui habẽt eam nihil prodest. AVGV. de ver. do. Est autem pax serenitas mentis. tranqllitas animi:simplicitas cordis:amoris vinculum:consortium charitatis. Nec poterit ad hereditatem omnium peruenire qui testamẽtum pacis noluerit obseruare. nec potest concordiaz habere cum christo qui discors voluerit esse cũ christiano.

¶ Nõ turbet cor vestrum neq; formidet. Audistis:qꝛ ego dixi vobis vado ꝛ venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiqz:qꝛ vado ad patrem:qꝛ pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusq̃ fiat:vt cũ factuz fuerit credatis. Jam nõ multa loquar vobiscũ. Uenit enĩ princeps mũdi hui⁹:ꝛ in me nõ bz q̃q̃. Sed vt cognoscat mũdus qꝛ diligo patrẽ. ꝛ sicut mãdatuz dedit mihi pater. sic facio. Surgite eamus hĩc.

CHRY. Quia dixerat: Pacez relinquo vobis q̃ erat recedentis:hoc poterat eos conturbare:ideo dicit. non turbetur coꝛ vestrum neq; formidet:quoniã hoc quidem ex dilectione:illa vero ex formidine patiebãtur. AVGV. Ne aũt turbari ꝛ formidare poterat coꝛ illoꝝ q ibat ab eis:q̃uis venturus ad eos:ne foꝛsitan gregem lupus hoc iteruallo inuaderet pastoris absentia. vnde sequitur: Audistis qa ego dixi vobis: Uado ꝛ venio ad vos. Ibat autem per id quod homo erat:ꝛ manebat per id qõ deus erat. Cur itaq; turbaretur ꝛ formidaret coꝛ:quando se videbat oculos vt non deseret coꝛ. Ut autem intelligerent. quid qõ bonum erat euz dixisse: Uado ꝛ venio:ad hoc:subiecit atq; ait: Si diligeretis me:gauderetis vtiqz:qꝛ vado ad patrem:qa pater maioꝛ me est. Per quod ergo filius nõ est equalis patri:per hoc erat iturus ad patrem:a quo ꝛ venturus est iudicaturus viuos ꝛ mortuos. Per illud ãt in quo est equalis genitori:nunq̃ recedit a patre. Sed cum illo est vbiq; totus pari diuinitate quã nullus continet locus. Ipse ergo filius dei equalis patri in forma dei:qꝛ semetipsuz exinaniuit: nõ formã dei amittens:sz formã serui accipiens:maioꝛ est etiã seipo:qꝛ maioꝛ est forma dei:que amissa nõ est:q̃ forma serui que accepta est. Dec igitur est forma sui in qua dei filius minoꝛ est nõ patre solo sed etiam spiritusancto: Ꝟm hãc formam serui puer christus etiam parentibus minoꝛ erat: qñ paruus maioribus sicut scriptuz est:subditus erat. Agnoscamus igitur geminam substantiam christi:diuinaz. i. qua eqlis est patri:ꝛ humanaz qua maioꝛ est pater: vtruq; autem simul:non duo sed vnus est christus: ne sit quaternitas: sz trinitas deus. ideo ergo dixit. Si dili. me gau. vtiqz: qꝛ vado ad patrez. qꝛ nature humane gratulãdũ erat eo q sic assumpta est a vbo vnigenito:vt imortalis cõstitueret in celo. atq; ita fieret terra sublimis:vt icorruptibilis puluis sederet ad dexteram patris. Quis non hinc gaudeat qui sic diligit christum. vt suã naturã iã imortalẽ gratulet in christo:atq; ipsum speret futurum esse per christum. HYLA. ix. de trini. Uel aliter: Si donantis auctoritate pater maioꝛ me

est:nūquid p don' cōfessionē minor filius est:? Maior itaq; donās ē:sz minor iā nō ē cui vnum eē donatur. CHRY. Uel aliter:Nondū. uerāt apostoli qd sit resurrectio quā ꝓdixerat dicēs:Uado ? venio ad vos:neq; q̄lē opo ebat de eo opinionē habebāt:prēm vo magnū esse estimabant. Dicit igit eis:Etsi de me formidatis vt nō sufficiēte mihy ꝓ si assistere:neq; ꝓfiditis q̄ post crucē rursus vos videbo:tñ audiētes qñ ad patrē vado oportebat letari:? de reliquo qñ ad maiorē vado:? potentē oia versuta dissoluere. Dec āt oia ad ībecillitatē discipulorū dicebant. Et iō subdit: Et nunc dixi vobis ꝓiusq; fiat vt cū factū fuerit credatis. AVGV. [illegible] doct' magis credere hō debeat anteq; fiat id qō credendū est:? Dec est.n. laus fidei siquod credit non videt.nā ? ille cui dictū est. Qz vidisti credidisti:aliud vidit:aliud credidit:vidit hoīem credidit deū. Sz si dicūt credi que vident sicut dicit vnusquisq; oculis suis se credidisse:non tñ ipia est q̄ in nobis edificat fides: sz ex rebus q̄ vident acgritur in nobis vt ea credant que nō vident. Illud itaq; dicit:Cū factū fuerit:q; eū post mortē visuri erāt viuentē:? ad patrē ascendentez:quo viso fuerant crediturī q; ipse esset christus filius dei qui hoc potuit facere ? predicere anteq; faceret. Crediturī aūt hoc non fide noua:sz aut ita:aut certe cū mortuus esset defecta:cuz resurrexisset refecta. HYLA. ix. de trini. Glozie autem resumende meritum:continuo subiecit dicens:Jaz non multa loquar vobiscum. BEDA. Jdeo hoc dicebat:qñ iam instabat tempus vt comprehenderetur:? ad mortez traderetur: Uenit enim ꝓnceps mūdi huius. AVGV. Quis nisi diabolus: non āt creatura ꝓ:sz peccato ꝓ princeps ē diabolus. Uñ apostolus cū dixisset aduersus rectores mundi: sequēti verbo exposuit:quid dixisset mundi:cū subiungit tenebrarum harum.i. hoīum inpiorum. Et in me non habet quicq̄. Quia neq; cū peccato deus venerat:nec eius carnē de peccati ꝓpagine virgo peperat. Et tanq̄ ei diceret: Cur ergo moriēris:si non habes peccatum cui debetur mortis supplicium? continuo subiūgit: Sed vt cog.mūdus q? diligo p.? sicut mandatum dedit mihi pater sic facio. Surgite eamus hīc. Discumbens enim discumbentibus loquebatur. Eamus aūt dixit ad illum locū:vnde fuerat tradendus ad mortē:qui nullū habebat meritū mortis sed habebat:vt mozeret mādatuz patris. AVGV. Contra arrianos: Quod autem volūtati ? ꝓcepto patris obediens est filius: nec in hominibus demonstrat diuersam imparēq; naturam patris ꝓcipientis:? filij obedientis. huc accedit q; christus non tñ deus est:qua natura equalis est patri:sed etiam homo:qua natura minor est patre. CHRY. Uel hoc qō dicit. Surgite eamus hinc:principium est alterius sententie. cōsequēs. nam erat eos formidare:? a tempore ? a loco in villa manifeste existentes:etenim ꝓ profunda erat:? erat cōsequens eos non attendere his que dicebantur:sed semper circūuolucre oculos:? imaginari eos qui aggressuri eos erant:? maxime audientes:Adhuc modicum vobiscum sum. Et venit ꝓnceps mundi huius. Quia igitur hec ? huiusmodi audiētes turbabantur vt mox capiēdi:ducit eos in locum alium: vt estimantes se in cautela esse cum ocio de reliqno audiāt. magna enim dogmata erant audituri. CAPI. XV.

EGo sū vitis vera:? pater meꝰ agricola est. Omnez palmitez i me nō ferentem fructum tollet eū:? oēm qui fert fructū purgabit eum vt fructum plus afferat. Jam vos mūdi estis ꝓpter sermonē quē locutus sum vobis.

HYLA. ix. de tri. Ad consumande corporee passionis sacramentum per dilectionē efficiendi mādati paterni festinat exurgēs:corporee tñ assumptiōis statī mysteriū pādēs per quā ei tāq̄ in vite mō palmitis ieiēsem? adiecit:Ego sum vitis vā. AVGV. Qō sm hoc dicit q; est caput ecclesie: nosq; mēbra ei?:hō xps iesus. Uni? q̄ppe nature sunt vitis ? palmites:sz cū dicit:Ego sum vitis vā: nunqd vt adderet vā:ad cā vitē rem dit vñ ista similitudo trāslata ē: Sic aūt dī vitis p similitu. inē:nō per ꝓprietatē:sicut agnus: ouis: ?c. huiusmodi: v. agi. ipsa sint vā ex quibus dicunt iste similitudies:Sz dicit:Ego sum vitis vā:ab illa se discernit cui dicit. Quo conuenias in amaritudinem vitis alienaz? Nam quo pacto est vitis vera:que expectata est vt faceret vuam:fecit autem spinas? HYLA. nono de trini. Sed a corporee huī? humilitatis. sumptionē formā paterne maiestatis alienans agricolā patrez curiosum huius vitis ostendit dicens. Et pater meus agricola est. AVGV. Colimus enim deum:? colit nos deus. Sed sic deum colimus vt non meliorem cū faciamus: colim? enī cū adorādo:non arando. Qz autē ille nos colit:meliores nos reddit. Cultura ipsius est in nos:q; non cessat vbo suo extirpare mala semina de cordib? nostris:aperire coz nostrū tanq̄ aratro sermonis:plantare semina preceptoum:expectare fructū pietatis. CHRY. Et quia christ? sibi sufficit: discipuli vero multo indigent agricole auxilio ꝓpterea de vite nihil dicit sed de palmitibus cū subdit. Omnez palmitem non ferentem fructum tollet eū. Fructū autē hic vitā occulte insinuat: ostēdēs q; sine operibus nō potest aliquis esse in eo. HYLA. ix. de trini. Inutiles aūt ? inueraces palmites desecans deputabit arsuros. CHRY. Et quia etiam qui valde virtuosi sunt:indigent agricole opere:adiungit. Et oēm qui fert fructum purgabit eum vt fructū plus afferat. Hoc dixit ꝓpter tribulationes eoꝝ que tūc iducebant:ostēdens q; tentationes fortiores eos faciebāt sicut ? purgare:hoc est circumcidere palmitem cum magis germinare facit. AVGV. Quis aūt ē in hac vita sic mūdus: vt nō sit magis magisq; mūdandus:? Ubi si dixerim? q? peccatū nō habem? nosmet ipsos seducim?. Mūdat itaq; mūdos.i. fructuosos: vt tāto sint fructuosiores quāto sunt mundiores. Scōm hoc ergo vitis est christus:qō ait. ?Pater maior me est. Sm illud antē qō ait:Ego ? pater vnū sum? ? ipse agricola est. Nec talis q̄les sunt qui extrinsecus opando exhibēt ministeriū:sed talis vt det etiā intrinsecus incrementum. vnde cōtinuo etiā seipsum mundatorē palmitū ostēdit dicens. Jam vos mundi estis ꝓpter sermonem quē locutus sum vo. Ecce ipse mundator est palmitū:qō est agricole nō vitis officiuz. Sed q̄re non ait:Mundi estis ꝓpter baptismū quo abluti estis: nisi quia ? in aqua verbuz mundat: Detrahe verbuz:? qd est aqua nisi aqua:Accedit verbuz ad elementum ? fit sacramentuz:vnde ista tanta vtus aque vt corpus tangat ? corabluat:nisi faciēte vbo:non q? dicit:sed q? creditur:? Nam in ipso vbo aliud est sonus transiens:aliud virtus manēs. Doc vbuz fidei tantū valet in ecclesia dei:vt per ipsum credentē:offerentē:benedicentē tingentē mūdet infantez q̄uis credere nō valentē. CHRY. Uel dicit: Mūdi estis: ꝓpter sermonē quē locutus sum vobis.i. interim lumen doctrine iam suscepistis ? iudaico erroze eruti estis.

¶ Manete in me ? ego in vobis. Sicut palmes nō potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in vite:sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis vos palmites. Qui manet i me ? ego in eo:hic fert fructum multum:quia sine me nihil potestis facere. Siquis in me non manserit: mittet foras sicut palmes ? arescet:et colligent eum et in ignez mittent et ardet. Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint:quodcūq; volueritis petetis et fiet vobis.

CHRY. Quia iā mundos eos dixerat ꝓ sermonē quez locutus fuerat eis:docet q; oz de reliquo ꝓcipere ea que ab eis sūt ? ideo dicit:Manete in me ? ego vob. AVGV. Nō eo mō illi in ipso sicut ipse in illis:vtiq;z.n. ꝓdest:non ipsi sz illis. Jta sunt ꝓppe in vite palmites:vt viti nō confe rant:sz inde accipiāt vñ viuant. Jta vos estis ē in palmitib? vt vitale alimentū subministret eis:nec sumet ab eis:ac per hoc vt manentē in se haberēt xpm:? maneret in xpo:discipulis prodest vtrūq;:nō xpo:vñ subdit. Sicut palmes nō pōt ferre fructū a semetipso:nisi manserit in vite:sic nec vos nisi in me manseritis. Magna gr ie ꝓmendatio:cozda instruit humiliū:oza obstruit superboꝝ. Nōne huic resistūt veritati:ad bona opa faciendā deū sibi necessariū non putantes:nō asserto:es:sz ꝓcipitatoꝝ es liberi arbitry. Qui n.a semetipso se fructū estimat ferre:in vite nō est. Qui i vite nō est:in xpo non est. q; in xpo ñ est:xpianus ñ est. ALCVI. Dis.n. fructꝰ boni opis ab illa radice ꝓcedit:q; nos sua gra liberauit:? suo auxilio ꝓuebit:vt fructū plus afferre valeamus:vñ cū repetitione ? supioꝝ explanatione subdit: Ego sum vitis ? vos palmites:Qui ma.in me.credendo:obediēdo:pseuerando. Et ego in eo.illuminando:subueniendo: p seuerantiā donando: Dic:? non alius: Fert fructū multuꝫ

AVGV. Sed ne q̄sq̄ putaret saltē paruū aliquē fructum posse a semetipso palmitē ferre subdit:Quia sine me nu.po.fa.nō ait paꝛ potestis facer:q? nisi palmes i vite mānerit:? vixerit de radice quantūlibet fructū a semetipso nō pōt ferre. Quāuis āt xps vitis non esset:nisi hō esset tñ ista grāz palmitibus nō ꝓberet:nisi ēt deus eēt. CHRY. Uide ergo filiū nō minus patre ꝓferentē ad discipulorū ꝓcuritionē. Nā pater qdem purgat:ipse vero in se tenet: quod facit palmites fructificare. Sz tamen ? purgare filij monstratum est esse:? manere in radice est patris:qui radicem genuit. Igitur magnū qdē damnū est:nihil posse facere. verum non vsq; ad hoc sistit: sed vlterius producit sermonē dicens:Siquis in me nō manserit:mittetur foras sicut palmes.i. agricole non potietur manu. Et arescet. Doc est:Si quid habebat a radice amittet:ōnudatus eius auxilio ? vita. Et colligent euz. ALCVI. Messores angeli ? ignē eternū. s. mittent:? ardet. AVGV. Ligna.n. vitis tanto sunt contemptibiliora si in vite non manserint:quanto gloriosiora si manserint vnum ex duobus palmiti cōgruit:aut vitis: aut ignis: si in vite non est: in igne erit. CHRY. Deinde ostendens quid est manere in eo subdit: Si manseritis in me ? ver.mea ī vo.man.quodcūq; volue.pe.? fiet vobis. Eaz enī que ꝓ opa ostēsionē q̄rit. AVGV. Tūc enim,sunt dicenda verba eius in nobis manere:quādo facimus que precepit:? diligimus que promisit. Quando aūt verba eius manent in memoria:nec inueniuntur in vita: nō cōputaꝛ palmes in vite:quia vitā nō attrahit ex radice. Quid autē velle possunt manendo in saluatore: nisi q; nō alienum est a salute:Aliud quippe volumus: qz sumus in christo:? aliud volumus:qz sumus adhuc in hoc seculo. De mansione autem huius seculi n[illegible] aliquando subrepit:vt hac petamus quod nobis non expedire nescimus. Sed ab sit vt faciat nobis si maneamus in christo qui non facit q̄ petimus:nisi quod expedit nobis. Ad verba autem eius pertinet oratio. Pater noster:ab huius orationis verbis ? sentibus non recedamus in petitionibus nostris ? quicquid petimus fiet nobis.

¶ In hoc clarificatus est pater meus vt fructuz plurimū afferatis. ? efficiamini mei discipuli. Sicē dilexit me pr̄:? ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea seruaueritis: manebitis in dilectiōe mea:sicut ? ego pr̄is mei ꝓcepta seruaui ? maneo in eius dilectione. Hec locutus sum vobis:vt gaudium meuz in vobis sit ? gaudium vestrum impleatur.

CHRY. Ostendit supra dīs qñ qui eis insidiabant ardebunt:nō manētes in xpo:deide ostēdens qñ ipsi inexpugnabiles erūt:ita.s.vt multū fructificēt ait. In hoc clari.est pa.me? vt plu.fru.affe.q.d. Si ad gliaz prīs ptiet q; vos fructificetis:nō cōtēnet gloziā suā:q aūt fructū facit:ille est discipulus xpi. vñ subdit. Et effi. mei disci. THEOTHI. ?fructꝰ aūt apostoloꝝ sunt gētes quę [illegible] astricte sunt fidei.necnō ad dei redemptionē iunt gloziā. AVGV. Siue enī clarificatꝰ:sine glorificatꝰ dicat:ex vno vbo grec̄o vrrūq; trāslatū est. Doxa ergo grece dr̄:latine glozie est: qō iō cōmemorandū putauit:ne hoc nostre glozie tribuam? tāq̄ ex nobisipsis habeam?:ei? est enī hec gra.a:? iō in boc nō nr̄a:sz eius ē glozia. A quo enī faciem? fructū:nisi ab illo cui? misericordia ꝓuenit nos:vñ subdit. Sicut dile.me pa.? ego dile.vos. Ecce vñ sunt nobis bona. nā vñ nobis essent:nisi q? fides ꝓ dilectionē operat:? vñ aūt diligerem? nisi prius diligeremur:? Qō autē ait. Sicut dilexit me pa.? ego dile.vos.nō eq̄litatē nature ostēdit nostre ? sue: sicut ē patris ? ipsius:sed grām qua mediator est dei ? hominum homo xps iesus. Mediator ꝓppe monstrat cū dicit:? Pater dile.me ? ego di.vos. Nā pater vtiq; diligit ? nos:sz in ipso.

CHRY. Si igit pater amat nos:cōfidite si prīs ē gloria: fructificate. Deide vt nō pigros eos faciat subdit: Manete in dile.mea. Qualr aūt boc erit ostendit subdens:Si precepta meꝰ seruaueritis.ma.in dile.mea. AVG. Quis ābigat q; dilectio ꝓcedat obseruātia ꝓceptoꝝ. vñ enī ꝓcepta seruet non bz:q; nō diligit:q; ergo hīc ait:ostēdit nō vñ dilectio genere tur:sz vñ monstret:vt nemo se fallat dicēdo q; eū diligat si ei? ꝓcepta nō ſnat:q̄uis q; dicit manere in dile.mea:nō apparet quā dixerit dilectionē:vtrū erga cū diligam?:an q̄ ipe nos diligi:sz ex vbo supioze dinoscit. Dixerat qppe:Ego dilexi vos ? cōtinuo subiecit. Manete in dilec.mea. Illa ergo q̄ dilexit eos. Quid est ergo: Manere in dilectiōe mea. nisi manete in gratia mea:Et qd est: Si precepta mea seruaueritis:manebitis in dile.mea:nisi ex hoc scietis q; in dilectione mea qua vos diligo manetis:si mea ꝓcepta seruatis:Non ergo vt nos diligat:prius precepta eius seruamus sed [illegible]si nos diligat:precepta ei? seruare nō possum?. hoc est gratia que humilib? patet:superbos latet. Sed quid illud est qō adiungit:Sicut ? ego ꝓcepta pa.mei seruaui:? ma.in ei? dile.vtiq; eam hic dilectionē patris intelligi voluit:qua eū diligit pater. Sed nunqd ? hec gratia intelligenda est:qua pater diligit filiū:sicut gra est q̄ nos diligit filius:cū simus nos filij gra non nā:vnigenitus autem nā:non gra. An hoc ēt in ipso filio ad hoīem referendū est:? Jta sane. nā dicēdo. Sicut dilexit me pa.? ego dile.vos:gratiā mediatoris ostēdit:mediatoꝛ autem dei ? hoīum:nō inq̄tuz deus: sed inq̄tum hō est xps. Igit hoc recte possumus dicere:q; cum ad naturam dei non pertineat humana natura:ad personam tamen filij dei per gratiā pertinet:qua nulla est maior:nulla prorsus equalis. Neq; enim illam susceptionem vlla hominis merita preceſſerunt: sed ab illa susceptione merita eius cūcta ceperūt. ALCVI. Qne aūt ꝓcepta dixerit exponit apostolus dicens:Christus fact? est obediens patri vsq; ad mortē:mortē aūt crucis. CHRYSO. Deinde q̄situra passio ? tristia verba interruptura erant eorum lētitiam:subiungit:Dec locu.sum.vo:vt gau.meuz in vo. si[illegible] ? gaudium ve.implea.q.d. Et si incidat tristicia:hanc auferam:vt ad finem veniat gaudiū. AVGV. Qō est āt gaudium christi in nobis:nisi q; dignaꝛ gaudere de nobis:Et qō est gaudiū nostrū qō dicit implendum:nisi eius habere cōsortiū:Haudiū autem iam ipse perfectuz de nobis habebat:quādo nos ꝓsciendo ? ꝓdestinando gaudebat:sz illud

Universidad de Deusto
Biblioteca

gaudiū in nobis nō erat: qz nec nos in gbus esse posset: erā-
mus. cepit ăt esse in nobis qñ vocauit nos. Et hoc gaudiuz
nostrū merito dicimus: quo nos beati futuri sumꝰ iñ-
choat in fide renascentiū: iplebit ăt in premio resurgētiū.
¶ Hoc est p̄ceptū meū vt diligatis inuicē sicut di-
lexi vos. Maiorē hac dilectionē nemo hz q̄ vt
aiam suā ponat qs pro amicis suis. Vos amici
mei estis si feceritis q̄ ego p̄cipio vobis. Jã non
dicaz vos seruos. quia seruus nescit qd faciat dñs
eius. Vos aũt dixi amicos: qz oia quecūq; audi-
ui a patre meo nota feci vobis. Nō vos me ele-
gistis: sed ego elegi vos: t posui vos vt eatis t
fructū afferatis: t fructus vester maneat: vt qd̄
cūq; petieritis patrē in nomine meo det vobis.

THEOPHI. Quia p̄dixerat si mandata mea custo-
dieritis: tunc in me manebitis: hic ostēdit que mandata
obseruare oporteat dicens: Hoc est p̄ceptum meū vt di-
ligatis inuicē. GREGO. in ho. Luz ăt cuncta sacra eloga
diuicis sint plena p̄ceptis: qd ē quod de dilectione quasi de
speciali mandato hic dicit: nisi qz omne mandatum de so-
la dilectione est: t oia p̄cepta vnum sunt: qz quicquid p̄ci
pitur i sola charitate solidatur: vt. n. multi arbozis rami ex
vna radice prodeunt: sic multe virtutes ex vna charitate
generātur. Nec hz aliquid viriditatis ramus boni operis:
nisi manet in radice charitatis. AVGV. Ubi ergo cha-
ritas est: quid est quod possit deesse? Ubi ăt non est: q̄ est
quod possit prodesse? Discernitur ăt ista dilectio ab ea q̄ se
inuicē diligunt boies sicut boies. vnde adiunctū ē: Sicut
dilexi vos. Ut qd. n. nos dilexit xps nisi vt possimus regna
re cum xpo? Ad hoc ergo t nos inuicez diligamus: vt dile-
ctionē nostrā discernamus a ceteris: q nō ad hoc se inuicē
diligunt vt deus diligatur: qz nec vere diligunt sui aũt se
pp̄ habendus deum diligunt: ipsi se diligunt. GREGO.
Una ăt t sūma est probatio charitatis: si t ipse diligat qui
aduersat. nā t ipsa vitas t crucis patibulū sustinet: t tñ ipis
suis psecutoribus affectū dilectionis impendit dicens: Pa-
ter ignosce illis. sciunt qd fa. cuius dilectiōis sinā expri
mit cū subiūgit: Maio. hac dilecti. ne ha. q̄ vt ani. si vo.
quis pro amicis suis. Mozi pro inimicis dñs venera. t tñ
posuit se animam pro amicis dicebat: vt nobis ostende-
ret qz cum diligendo lucruz facere de inimicis possumus:
etiā ipsi amici sunt q̄ psequunt. AVGV. Quia ergo sup
ius dixerat: Hoc ē p̄ceptū meū vt diligatis inuicē sicut dile-
xi vos: fit ex hoc cōsequens. qō idē ioānes in epistola sua t
vt quēadmodū xps p nobis aiaz suā posuit: sic t nos debe
mus aias p frib⁹ ponere. Hoc martyres ardēti dilectione
fecerūt: iō ad mēsaz xpi: nō sic eos cōmemoram⁹ quēadmo
dū alios: vt ēt p eis ozem⁹: sz magis vt eoz vestigijs herea
mus. Talia enī suis frib⁹ exhibuerūt: q̄lia de dñi mēsa pa-
riter acceperūt. GREGO. Qui vo tranqllitatis tpe non
dat p deo tunicā suā: q̄liter in psecutiõe datur? est aiaz suā?
Uirt⁹ g̃ charitatis vt inicta sit in pturbatiõe: nutriat̃ p mi-
sericordiā in trāqllitate. AVGV. viij. de tri. Ex vna aũt
eadēq; charitate deū p̄ximūq; diligim⁹: sz deū pp deū: nos
aũt t p̄ximū pp deū. Cū ergo duo sint p̄cepta charitatis in
gb⁹ tota lex p̄pendet t pphete. dilectio dei t p̄rimi nō imeri
to lerūq; scriptura p vtroq; vnū ponit: qz q diligit deū cō
sequens est vt faciat q̄ p̄cepit de⁹. cōsequens ergo est vt pro
ximū diligat qz t hoc p̄cepit de⁹: vñ t hic segtur: Uos ami-
ci mei estis si feceritis q̄ p̄cipio vo. GREGO. xxvij. mor.
Amicus qppe quasi aic custos dicit: vñ nō imerito qui vo-
lūtatē dei custodire in p̄ceptis illius dicit: eius amicus vo
cat. AVGV. Magna dignatio cū suus bon⁹ ee nō pos-
sit: si p̄cep⁹ dñi sui nō fecerit. hinc amicos suos voluit ite
ligi: vñ boni sui mist pbari. Pōt igit̃ ee t suus t amicus qui
suus ēt bon⁹. Q ăt itellecturi sum⁹ t suū t amicū ee: suū
bonū declarat subdit: Jã nō dicā vos suos qz ser. ne. qd
fa. do. ei⁹. Itaq; suus nō erim⁹: qñ boni sui fuerim⁹. Nū
qd suo bono t ꝛ tos dñs ei⁹ non ēt sua secreta cōmittit?
Sed sicut sunt dū timozes: sic sūt due suitutes. Est timor
qué p. fecta charitas mittit foras: in quo ēt ē suitus simil fo
ras cū ipso timore n. ēda. Et ē ali⁹ timor casti⁹: pmanens
in seculū seculi. Ad p. ergo suitutē suos ptinētes itueba
tur dñs dicēs: Jã nō dicam vos ser. qz ser. nescit qd fa. do. ei⁹
Nō ille vtiq; seruꝰ ad timorē ptinēs castū cui dr: Euge ser
ue bone: itra in gaudiū dñi tui: sz ille seruꝰ ptinēs ad timorē
foras a charitate mittēdū: de quo alibi dr: Seruꝰ nō manet
in domo in eternū: filiꝰ aũt manet in eternū. Qñ itaq; de-
dit nobis ptātē filios dei fieri: vt miro mō sui nō sui ee pos
simꝰ: hoc dñm facere scim⁹: hoc suus ille nescit q nescit qd
faciat dñs ei⁹: t cū aligd boni facit: sic extollit̃ q̄si hoc ipse
faciat t no dñs ei⁹: t in se t nō in dño gloriat̃. Segt: Uos ăt
dixi amici. qz omnia quecunq; audiui a pa. meo nota feci vo.

THEOPHI. q. d. Seruꝰ nō nouit cōsilia sui dñi: vos ăt
cū amicos reputē: secreta mea vobis cōicaui. AVGV.
Uo ăt pacto itellecturi sum⁹: oia enī nota fecisse discipu-
lis q̄cunq; audiuit a pre: cū ꝓpterea multa nō dicat eis: ga
scit eos modo portare non posse. Sed oia se nota fecisse di
scipulis dicit: q̄ se nouit nota ee facturū: in illa plenitudine
de qua dicit apostol⁹: Tūc cognoscā sicuti t cognit⁹ sum. Si-
cut enī imortalitatē carnis t salutē aiarū futura ꝓspecta
mus: ita oēm noticiā q̄cunq; vnigenit⁹ audiuit a pre futurā
expectare debem⁹. GREGO. Uel oia q̄ audiuit a pre q̄
nota fieri voluit suis suis: sunt gaudia interne charitatis t
festa supne pris: q̄ nris quottidie mētibus p aspiratione sui
amoris ipzimit: dū enī audita supna celestia amam⁹ amata
iã nouim⁹: qz amoz ipsa noticia est. Oia ergo nota eis fece-
rat: qz a terrenis desideri⁹ mutati: amoris summi facibus
ardebāt. CHRY. Uel oia dicit q̄cunq; eos audire opor-
tebat. Per hoc aũt q̄ dicit se audisse: oñdit q̄ nihil alienuz
logtur: Sed que pris. GREGO. Sed q̄sqs ad hāc perue
nit dignitatē vt amic⁹ dei vocet̃: dona que percipit sup se:
nō suis meritis tribuat. vñ subdit̃: Nō vos me elegistis: sz
ego elegi vos. AVGV. Dec est ineffabilis grā: qd enī era-
mus qñ xpm nondū elegeram⁹: nisi inig t pditi. Neq; enīz
crediderā⁹ in eū vt eligeret nos. nā si credētes elegit: ele
gētes elegit. hic certe vana illoz rō q iō nos dñt electos añ
mundi constitutionem: qz p̄sciuit nos deus futuros bonos
non seipsum nos facturū bonos: qñ si propterea nos elegis
set quia bonos futuros eē p̄sciebat: simul ēt p̄sciisset q̄
eū nos fuissemus p̄ius electuri. nō enī aliter possumus eē
boni: nisi forte dicendus est bonus qui non elegit bonum.
Quid ergo elegit in non bonis? Non est vt dicas. Jdeo ele
ctus sum: qz iam credebā. Si enī credebas in eum: iam ele
geras eum. Nec est vt dicas: Anteq̄ crederē iam bona ope
rabar: ideo electus sum. Quid enim est boni operis ante fi
dem? Quid ergo dictum⁹ num⁹? nisi quia mali eramus: t ele
cti sum⁹: vt boni per gratiaz nos eligēdo faceret̃ essem⁹. AVGV.
de predestinatiõe sanctoꝝ. Electi sunt itaq; ante mūdi cō
stitutionē ea predestinatiõe: in qua de⁹ sua futura facta pre
sciuit: electi aũt de mūdo ea vocatione qua de⁹ id quod pre
destinauit impleuit. quos enī predestinauit: hos t vocauit.

AVGV. sup Joannē: Et videte quēadmodū non eligat
bonos: sz quos elegit faciat bonos. nā segtur. Et posui vos
vt eatis t fructū afferatis. Iste est fruct⁹ de quo iam dixe-
rat: Sine me nihil potestatis facere: ipse est via in qua nos
posuit vt eam⁹. GREGO. in ho. Posui ergo vos. s. ad gra
tiam plātani: Ut eatis: qz velle iã mēte ire est: Et fructum
afferatis. opando. Quale vo fructū afferre debeāt: Et fru-

ctꝰ vester māeat. oē enī q̄ fm̄ plēs seculū laboramus: vir
vsq; ad mortē sufficit: mozs nāq; iteruenies fructū nīl labo
ris abscidit. q̄ vo p eterna vita agit̃: etiā post mortē seruat̃:
t tunc apparere icipit: cū labozū carnaliū fructꝰ ceperit nō
videri. Tales ergo fructꝰ optemur q manēāt: q cū mozs cū
cta iterimat: ipi ex odiū a morte sumāt. AVG. Dilectio
ergo est fructus noster: que nūc est in desiderio nondū in sa
turitate. Et ipso desiderio quodcūq; tierm⁹ in noīe vnige
niti filij dat nob pater. vñ sequit̃: Et quodcunq; petieritis
patrem in nomine meo det vobis. Hoc petimus in nomi-
ne saluatoris quod pertinet ad rationem sanctis.

¶ Hec mando vobis vt diligatis inuicez. Si mū
dus vos odit scitote qz me priorē vobis odio ha
buit. Si de mūdo fuissetis: mūdus qd̄ suuz erat
diligeret. Quia vero de mūdo nō estis: sed ego
eligi vos de mūdo: propterea odit vos mūdus.
Memētote sermonis mei quez ego dixi vobis.
Nō est seruus maior domino suo. Si me perse
cuti sunt: t vos persequentur. Si sermōez meū
seruauerunt: t vestrū seruabunt. Sed hec om-
nia faciēt vobis propter nomen meū: quia nesci-
unt eum qui misit me.

AVGV. Dixerat dñs: Posui vos vt eatis t fructū affe-
ratis: Charitas aũt fructꝰ noster est: de hoc itaq; fructu mā
dans nobis dic̃: Hec mādo vobis vt diligatis inuicē. Uñ t
aplus: Fructus inquit spirit⁹ charitas: ac deinde cetera tan
q̄ ex isto capite exorta t religata contexuit. Merito itaq;
sic dilectionē sepe cōmēdat: tanq̄ sola p̄cipiēda sit: sine q̄
nō possunt prodesse cetera bona: t que nō pōt̃ haberi sine ce
teris bonis quib⁹ homo efficit̃ bonus. CHRY. Uel ali
ter. Ptinua: Dixi qñ aliaz meā. p vob: s pono. t qz primū vos
elegi: Hec aũt oia nō exprobrās dixi: sed ad dilectionē vos
inducēs vt diligatis inuicē: deinde qz persecutionē pati: t a
multis exprobrari difficile erat: oñdit ꝓiter q̄ nō dolere: sz
letari oporteat. vñ segt̃: Si mundus vos odit: scitote: qz me
prioꝝ ē vobis odio habuit. q. d. Scio hoc eē dirū: sz propter
me patiemini. AVGV. Cur eni se mēbra supra verticez
extollūt: recusas eē in corpe: si nō vis mūdi odiuz sustinere
cū capite. Pro dilectiõe aũt patienter debem⁹ etiā mundi
odium sustinere: necesse est enī vt nos oderit: quos cernit
nolle qō diligit: vñ segt̃: Si de mūdo fuissetis: mūdus qō su
uz erat diligeret. CHRY. Quia. n. ꝓpter xpm pati nōdū
erat eis sufficiēs mitigationis causa: illa cā dimissa hāc adie
cit: ostendes q̄ hoc est virtutis argumētū: a mūdo odio ha
beri. vnde dolere oporteret: si a mūdo diligeremini. hoc. n.
est malitie vestre ostēsiuū. AVGV. Uniuerse aũt hoc di
cit ecclesie: quā plurimū mūdi noīe appellat: sicut est illud:
Deus erat in xpo mūduz recōcilians sibi. Totus ergo mun
dus ecclesia est: t totus mūdus odit ecclesiā. Mūdus igit̃
odit mūduz: inimicus recōciliatū: inquinatus mundatum.
Queri ergo pōt si etiā mali fa. persecutionez malis: sicut
impy reges t iudices: cū eēnt persecutores pioꝝ: vtiq; t bo
micidas t adulteros puniebant: quōo intelligēndū est quod
dñs ait. Si de mundo essetis mundus quod suuz est dilige
ret: nisi qz mūdus est in eis a gb⁹ talia scelera puniuntur. t
mūdus est in eis a gb⁹ diligūtur. Mūdus er g odit qō suū
est: ex ea parte hoiuz q̄ sceleratis nocet: t diligit qō suuz est:
ex ea parte q̄ ipsis fauet. Si etiā querat̃: quō se diligat mun
dus qui odit modum redemptionis: Diligit vtiq; falsa dile
ctione nō vera: qñ qō ei⁹ nocet boc diligit. odit naturā: dili-
git vitium: vnde t nos prohibemur diligere in illo quod ipe
diligit: t iubemur diligere qō ipse odit in seipso. Uitium qp
pe in illo diligere prohibemur: iubemurq; naturam. Ut au-
tem de hoc mundo damnato non essent: electi sunt inde. nō
meritis suis: quorum nulla bona p̄cesserant opera: non na
tura: que tota fuerat in ipsa radice vitiata: sed gratia. vnde
sequitur: Quia vero de mūdo nō estis: sed ego elegi vos de
mundo: propterea odit vos mundus. GREGO. sup eçe
chielē in homelia nona. Nam peruersorum derogatio vite
nostre approbatio est: quia iam ostenditur nos aliquid iusti
cie habere: si illis displicere icipim⁹ qui nō placēt deo. Neq;
enim potest in vna eademq; re oipotenti domino atq; ei⁹
hoībus gratus existere. Nā se deo amicū denegat: qui ei⁹
placet inimico t inimicis veritatis adulatione. Unde ve-
ritati in mēte subiugabit̃. AVGV. Exortās ăt dñs suos
seruos ad mūdi odia pferēda patiēter: nullū eis mai⁹ t me-
lius q̄ de seipso ꝓponit exēplū. vñ segtur. Memētote sermo
nis mei quē ego dixi vob: Nō ē seruꝰ maior dño suo. Si me
psecuti sunt: t vos psequēt̃. si sermonē meū seruauerūt: t vrm
seruabūt. GLO. Jdē obseruauerūt vt calūniarētur: iuxta
illō: Obseruabit peccator iustū. THEOPHI. Ut aliter.
Si dñm ingt psecuti sūt: vos ēt multomagis: Si nō p
secuti fuissent: sz sermonē custodiissent. vrz etiā custodirēt.

CHRY. q. d. Non vos turbari oportet si cōmunicabitis
meis passiōib⁹: qz vos ñ estis potiores. AVGV. Dic aũt
vbi dr. Nō est seruus maior dño: illū significat seruū ptinē-
tem ad timorē castū q̄ manet in seculuz seculi. CHRY.
Deinde t aliā mitigationē ponit: qñ t pater cū eis ptumeliā
patitur cui iniuria fit. vñ sequit̃: Sed hec oia facient vobis
ꝓpter nomen meuz. AVGV. Que oia nisi q̄ dixit odio
habebūt t psequētur sermonēq; cōtēnēt: Quid ē aũt aliud
dñs: Propter nomē meū: q̄ me i vobis odio habebūt: me in
vobis psequētur: t sermonē vestz: qz me? ē: iō nō seruabūt.
Tāto igit̃ miseriores q̄ ꝓpter hoc nomē ista faciūt quanto
beatiores q̄ ꝓpter hoc nomē ista patiunt. Faciūt aũt t ista
mali malis: sed vtriq; miseri: t q faciūt. t q patiunt. Quō ăt
hoc erit vez: Dec oia facient vo. ꝓpter nomē meū: cū illi
nō ꝓpter nomē christi faciāt: hoc ē ꝓpter iusticiā: sed ꝓpter
iniqtatem suā: Dec q̄stio ita soluit̃: Si totuz referat̃ ad in
stos tāq̄ ocñ sit: Dec oia patiemini ab eis propter nomen
meū. Si aũt propter nomē meū: sic accipitur. idest qō in
vobis oderunt t propter iusticiā quaz in vobis oderūt. Si
militer recte dici possunt t boni: cū persecutionē faciūt ma
lis: t ꝓpter iusticiam facere quā diligendo psequuntur ma-
los. t ꝓpter iniqtatē quā oderunt in ipsis malis. Qz autem
addidit: Quia nesciunt cum q̄ misit me: sm̄ eam scientiam
dictum est: q̄ dicit̃ scire te: sensus est consummatus.

¶ Si nō venissem t locutus fuissem eis: pecca-
tum nō haberent. Nunc autem excusatiōem nō
habent de peccato suo. Qui me odit: t patrem
meum odit. Si opera nō fecissem in eis que ne-
mo alius fecit peccatum nō haberent. Nunc ăt
et viderunt et oderunt et me et patrē meū. Sed
vt adimpleatur sermo qui in lege eoꝝ scriptus
est: Quia odio habuerunt me gratis.

CHRY. ponit itez dñs aliā discipulorum mitigationē: oñ
dens qñ iniuste t in ipsius t in discipulos talia operabunt̃.
vñ dicit: Si nō venissem. t locutus eis nō fuissem: peccatū non
haberēt. AVGV. Judeis locut⁹ ē xps nō alijs gētibus.
In eis ergo voluit intelligi mūdū: q odit xm̄ t discipl⁹ ei⁹:
imo vero nō in eis solis: sz nos quoq; ad eundē mundū p̄ti-
nere mōstrauit. Nūqd ergo sine peccato erant iudei: q⁹ cū
xps locutus ē: anteq̄ xps in carne veniss̃et? Sed magnum
quoddā peccātū: nō oē peccatū sub generali noīe vult intel
ligi. Dec est enī pctm̄: quo tenent̃ cūcta peccata: quod vnus
quisq; si nō habeat: dimittunt̃ ei cuncta pcta. Hoc aũt ē: qz
non crediderūt in christū: q ꝓpterea venit vt credat in eū.

Hoc ergo peccatum sī nō venisset:non vtiq; haberent. Ad/uent⁹ enī eius quātū credētib⁹ salutaris:tm̄ nō credētibus exitialis factus est.Segē:Nūc aūt excusationē non habēt de peccato suo.Si aūt bi ad quos nō venit christus: nec lo/cut⁹ est eis:excusationē nō habēt de peccato suo:cur hic di/ctū est ꝓpterea istos nō habere.q; venit⁊ locut⁹ est eis.Si aūt habēt vtrū ad hoc habēt vt a penis alienēt. aut vt mi/tius puniant⁊:Ad hec ingsita respondeo eos habere excusa/tionē.nō de omni peccato suo:sed de hoc peccato suo. q; in christū nō crediderūt.Sed nō in eo sūt numero:ad que ꝓ discipulo[illegible]nīz in pena leuiori ponēdi qui oī/no legē christi accipere no[illegible]ūt:⁊ eā quātuz ad ipsos attri/net omnino nullam esse voluerunt. Hanc etiā excusationē possūt habere:qui priusq; euāgeliū christi audirent:vite b⁹ fine preuenti sūt:sz nō ideo possūt effugere dānationē.Qui cūq; enīz bon[illegible]nes nisi in eo saluatore saluētur q vēit que/rere qō perierat:ad ditionē sine dubio pertinebūt q̄ huius dici possit:alios leuiores:alios grauiores penas passuros.Il/le enī perire deo dicī qui ab illa beatitudine:quaz dat san/ctis suis per suppliciū separat.Tanta est diuersitas autem suppliciorum; quanta est diuersitas peccatorū:que quomō se habeat:altius iudicat sapiētia diuina:q; cōiectura scruta/tur:aut effatur humana. CHRY.Quia vero hicide cau/sabant⁊:r:quoniā ꝓpter patrē eū persequebant:destruēs eorum excusationem dicit:Qui me odit:⁊ patrē meū odit.

ALCVI.Sicut.n. qui diligit filiū dil[illegible]it ⁊ patrē.ga vna est dilectio patris ⁊ filij:sicut vna natura:ita ⁊ qui odit filiū odit patrē. AVGV.Sed cū superius dixerit:Nesciūt eū q me misit:quomodo possunt odisse quem nesciunt:Si i deū non qō est ipse:sed nescio quid aliud euz suspicant aut credūt:nō vtiq; ipsuz oderūt:⁊ de hoibus quidem fieri pōt vt eos sepe quos nunq; vidim⁹ oderim⁹ vel diligam⁹:fama de aliquo sermocinante:vel bene vel male.Sz quō de quo natura nobis intimat di[illegible]dus est ignot⁹?:Nō enī eius facie cozpozali nobis intimat:sed tunc nobis ad cogniti[illegible]nē patz quādo eius mozes ⁊ vita nō latēt:aliogn nec seipm nosse gs q̄z pōt:q; videre facie suā nō pōt.Sz plerunq; in ci[illegible]nfa cre dulitas fallitur:qz nōnunq; ⁊ historia:⁊ multomagis fama mentit⁊.Pertinet aūt ad nos:vt qz nō possim⁹ dominuz in dagare ꝓscie[illegible]de i[illegible]is reb⁹ habeam⁹ verā certamq; sniam. Quādo er[illegible] nō errat in reb⁹ vt recta sit ꝓbatio vitio⁹ virtutū q; approbatio:si errat in hoib⁹:venialis ē bum[illegible]a tētatio:proinde sicut fieri potest vt homo bonus boiem bo nū oderit:nesciēs nō ipsuz:sed qō putat eē ipsuz: vel potius diligat nesciēs cū bonū diligit:qō est ille.ita fieri pōt vt hō iniust⁹ boiez oderit iustū:⁊ tū dū eū credit iniustuz: diligat nō ipz sz qō putat eē ipz:q[illegible]admodū āt boies:sic ⁊ deū. Dē de si iterrogarent iudei vtrū diligerēt deū: se diligere rnde rēt:ñ ex aio mētiētes:sz errādo potius opinātes:quō enī dili gerēt patrē veritatis q̄ hūt odio vitatē:Nolūt enī sua facta dānari:⁊ hoc hz vitas.Tātū igit oderūt vitatē:quātū oderī suas penas q̄s talib⁹ irrogat. Nesciūt āt illā eē vitatez: q̄ ta les q̄les ipsi sunt damnat:ac per hoc qz vitatez q̄ iudicante dānant⁊:de pre deo natā nesciūt:etiā ipz ⁊nesciūt ⁊ oderūt.

CHRY.Sic igit nō hūt ingt excusationē:per hoc q; eaz q̄ a ꝑmonib⁹ doctrinā tribuebā:sz ⁊ eā q̄ ab operibus adieci ꝑm moysi legez: q; ab eo q; hoc facit ꝑsuaderi vniuersos iust sit:cum ad pietatez ducat:⁊ miracula tribuat.vñ subdit:Si opa nō feciss̄ez in eis q̄ nemo alius fecit:pctm̄ nō haberēt:

AVGV.Hoc.s.pctm̄ qō in eū loquētes ⁊ operātē nō cre didi[illegible]ūt.Sed qd est qō addidit que nemo alius fecit? Nul la ꝓpe in opib⁹ christi videtur eē maioza q̄ suscitatio moz tuoz:qō scim⁹ etiā antiquos feci sse ꝓphetas: fecit tū aliq̄ x,s q̄ nemo alius fecit.Sz rndeī nobis ⁊ alios feciss̄e:q̄ nec ipe nec alius fecit.Sz q; tā multa vitia ⁊ malas valitudies vexationesq; mortaliū tāta ptāte sanaret:nullus oīno legit antiquoz:vt enī taceaī q; iubēdo sicut c[illegible]urrebant:saluos singulos feci[illegible]Marcus dicit q; quocunq; introibat i vicos vel in villas aut in[illegible]itates:in plateis ponebāt infirmos:⁊ deprecaba[illegible]ur:vt[illegible]el fimbriā vestimenti eius tangerent ⁊ quotquot tangeb[illegible]t eū salui fiebāt. Dec nemo ali⁹ fecit in eis. Sic enī intell[illegible]ūdū est q; ait: In eis:nō iter eos:vel co rā eis sz ꝓsus in eu[illegible]ꝓbauit eos:nemo tamē aliud fecit quicūq; alia opa in[illegible]fecit:qm̄ q̄sq; alius bō aliqd eoz fe cit:ipo faciēte fecit:h[illegible]ūt ipse nō illis facientib⁹ fecit: sed hec ⁊ si pater aut spūsc[illegible]a fecit:nemo ali⁹ fecit:qz totius tri nitatis vna sub[illegible]ātia est. is ergo beneficys amozē nō odi uz retribuere debuerūt:⁊ oc eis exprobrās adiūgit dicēs: Nūc aūt vide.⁊ ode.me ⁊ pa.meū. CHRY.Doc aūt dic[illegible]e discipuli dicāt:Q[illegible]rigit intra tos nos iduxisti mala:Nō ne plia ⁊ odiū ꝓuidisti:sed ⁊ ꝓphetiā inducit cū subdit:Sz vt adimpleat sermo q; in lege eo. scri.ē: qz odio habuē. me gra. AVGV.ry.ō tri.Legis noīe aliqn simil oīa veteris testi scā⁊ scripturā⁊ significant eloqa:⁊ ita oñs dic dic:In lege eo.scri.est:cū legaturī psalmis. AVGV.sup ioānē. Eoz aūt legē dicit nō ab ipsis ipētā:sz ipsis datā. Gratis āt odit q; nullū ex odio ꝓmodū q̄rit vel icōmodū fugit:sic ode runt deū impy:sic diligūt iusti:vt alia ꝓter illū bona non ex pectent.qm̄ ipse erit in oib⁹ oīa. GREGO.xxv.mo.Aliud est a. bona nō facere:aliud bonoz odisse doctorē:sicut aliō ē ex ꝓcipitatiōe:aliud ex deliberatōe peccare.Ex infirmita te enī plerūq; solet accidere:amare bonū:sed ꝑplere nō pos se.Ex studio aūt peccare:ē bonū nec facere nec amare.Si cut ergo nōnūq; grauī⁹ est peccatū diligere q̄ ꝓpetrare: ita negus ē odisse iustīciā q̄ nō feciss̄e.Sunt g̃ nōnulli in eccle sia q; nō solum bona nō faciūt:sz etiam ꝓsequunt:⁊ q̄ ipsi fa cere negligunt etiā i alys detestāt.Noz peccatū nō ex ifir mitate aut ignorātia:sz ex solo studio perpetratur.

¶Cum aūt venerit paraclytus quē ego mittam vobis a patre:spirituz veritatis qui a patre ꝓce/dit:ille testimōiuz phi[illegible]bit de me.Et vos testi/moniū perhiberis:qz ab initio mecum estis.

CHRY.Possent discipli dño dicere. Si vba a te audie/rūt q̄ nullus dixit:si opa viderūt q̄ nullus alius fec̄:⁊ tamē nō ꝓfuerūt.Si oderūt ⁊ patrē tuum ⁊ te cum eo:cuius gra nos mittis:q̄r digni fide erim⁹?:Ne igr hec cogitantes tur benī:ꝓsolationē inducit dicēs:Cū au.vene.paraclytus quē ego mittā vobis a patre:spiritū vitatis q; a patre ꝓcedit:ille testim[illegible]oniū phibebit ō me. AVGV.Tāq; diceret. Odio me habuērūt ⁊ occiderūt videtes:sz tale de me testimoniū paclyt⁹ phibebit:vt eos faciat i me credere nō videtes:⁊ qz ille phibebit:⁊ vos phibebitis.vñ segī.Et testimoniuz phi bebitis.Ille cozdib⁹ vris ispirādo:vos vocib⁹ vestris sonā do.vñ poteritis ꝓdicare qō nostis. Quia ab ini.me.estis.qō mō nō facitis.qz illius spūs plēitudo nōdū adest vobis. Da bit enī vobis fiduciā testimoniū phibendi charitas dei dif/fusa in cozdibus vestris p spūscū q; dabitur vobis. Ille q; pe testimoniū perbibēs ⁊ testes fortissimos faciēs: abstulit amicis xpi timoze:⁊ inim[illegible]:odium cōuertit in amozem.

DIDY.de spūscō.Spūs aūtē scī veniētē consolatoze di cit.ab operatione ei nomen ꝑonēs: quia nō solū eos quos se dignos esse reperit ab omni ꝓturbatiōe reddit aliēos.ve rū incredibile quoddā gaudiū eis tribuit. Sempiterna q; pe leticia in eoz cozde versatur:quoruz spiritussc̄ūs habita toz est. Iste spūs cōsolator a filio mittitur:non ꝑm angeloz aut ꝓphetaz aut apostoloz ministerium: sz vt mitti decet a sapientia ⁊ virtute spūs dei indiuisaz habētē cū eadē sapiē tia ⁊ virtute naturā. Etenim filius missus a patre nō separa tur atq; disiūgit ab eo:manēs in illo ⁊ habēs illū i semeipo q; spūscūs supradicto mō missus a filio:de patre egredit nō aliūde ad alia trāsmigrās. Quō enim pater non consistit in

